ceſſariū. Et idē videtur facere in eo
qd̄ ſequit̄. B. Itē a pro priori eccle
ſia p̄ōt agere contra ſecundā. ar.
ex. de iniur̄. tuā. ꝛ. c. intellecto. A.
Predicta etiā notant̄ in ſu᷑. cō. li.
ij. ti. v. q. clxix. B.

Vtrum iudex teneat̄ dare ad
uocatū. ſe. Tenetur
q̄n̄ꝗ. vt eis q̄ habere nō p̄nt ꝓp̄t
pauptatē ꝉ propter potenciā adū
ſe partis. ff. de officio ꝓcon. l. nec
quidē. ꝗ. ſi. Et quidē ſi iudex hōc a
licui aduocato precipiat. ꝛ ille ſiē
cauſa denegat: p̄ōt. p̄ iudicē ꝑpetu
o remoueri ab officio aduocatōis
C. eo. ꝓuidendū. A. Que eſt in. c.
de poſtulando B. Debet igitur obe
dire. ſi tn̄ ↄpetens ſalariū cōſtitua
tur. de q̄ vide īfra. ſ. iij. ꝛ vij. A. Idē
in ſu᷑. ↄ. li. ij. ti. v. q. clxx. Sed q̄ ad
ſalariū additur ſm Hoſti. q̄ ſi in
digēs aduocato ſit paup: aduo
catꝰ gratis aduocet: ꝛ a deo expe
ctet remuneratōē. B.

Aduocatus q̄ ſcienter defendit
cāʒ iniuſtā: abſꝗ dubio grauiter
peccat. vt dicit Tho. ſcda ſcde. q. l
xxi. q̄ illicitum ē coopai alicui ad
malū faciendū: ſiue ↄſulendo ſiue
adiuuando: ſiue q̄litercūꝗ cōſenti
endo Ro. v. Digni ſūt morte non ſo
lū q̄ faciunt ꝛc̄. Tenetur etiā ad re
ſtitutionē eiꝰ damni qd̄ ↄtra iuſti
ciā p̄ eiꝰ auxiliū altera p̄s incurrit
Si autē ignorant̄ iniuſtā cauſā
defendat: excuſatur ſm moduʒ q̄
ignorātia excuſare p̄t Si in prin
cipio credit cauſā iuſtā eē. ꝛ in p̄
ceſſu appareat nō iuſta nō dēt eā
ꝓdere. vt. ſ. alterā p̄tem iuuet ꝉ ſe
creta ſue cauſe alteri p̄ti reuelet dēt
etiā cauſā deſerere. ꝉ eū cuiꝰ cauſā
agit ad cedendū īducere. ſiue ad cō
ponendū ſine aduerſarij damno.
Hec omnia Tho. A. Idem in. ſum.
con. eo. ti. q. clxxi. B. Porro in cau
ſa q̄ diu dubia eſt bene poteſt ad
uocatus patrocinari. ſecundum
Wil.

Quis dēbitꝰ modꝰ aduocādi ſ

R. ſ3 Ray. vt nō ꝓducat falſa iſtru
mēta neqꝫ falſos teſtes ſeu corrup
tos neqꝫ mentiatur. neqꝫ inducat
falſas leges aut quaſcūqꝫ ꝓba
tiones. neqꝫ querat ingrauamen
alteri⁹ partis dilationes nō neceſ
ſarias Item ꝙ fideliter: ꝙtū iuſti
cia permittit: cauſam foueat nihil
de contingentib⁹ omittendo. iij. q.
vij. ſ. ſi quis autē. ⁊ ar. extra de teſ
tib⁹ intimauit C. de iudi. l. prope
randū. ſ. illo ꝓculdubio. iiij. q. iiij.
c. v. ⁊. ij. Itē nō procaciter vel vocife
rando. quia propter hoc īpeditur
proceſſus. v. q. iiij. in loco. ij. q̄ſti.
vij. Si quis adeo. A. ſ. eſt. ⁊ ibi di.
Si quis adeo procax fuerit. vt nō
racōe ſ3 ꝓbris putet eſſe certandū
opinionis ſue detrimentū patiet̄
B. Item dicit Tho. ſcda ſcde. q. lx
xi. ꝙ aduocato defendenti cauſam
iuſtā licitū eſt prudenter occultarē
ea quib⁹ impediri poſſet proceſſ⁹
ei⁹. Non āt licet ei vti aliq̄ falſitate

Utrū aduocatus poſſit pete
re ſalarium. R. ſecun
dūz Ray. Poteſt moderatum ſiue
ab inicio faciens pactum ſiue poſ
tea finita cauſa. Et attendi debet
moderamē ſalarij ſm quantitatē
cauſe. laborem aduocacōis. ⁊ con
ſuetudinē regionis ⁊ ſcientiā ⁊ ho
neſtatē aduocacōnis. iij. q. vij. ſ. a
pud vrbē. ⁊ ar. xij. q. ij. vulterane. ⁊
c. cōceſſo extra. de preben. de multa.
§. circa ſublimes ⁊c. diſ. lxi. mira
mur. Con. Tho. ſcda ſcde. q. lxxi.
Sed caueat aduocatus ne petat ſa
larium cū graui damno litigato
ris. iij. q. vij. ſ. attentur Itē ꝙ cau
ſa incepta ⁊ nō finita faciat pactū
cū litigatore: quē in ꝓpriā recepit
fidē. q̄ poſſet eſſe occaſio magni
mali. iij. q. vij. ſ. preterea non licz
Nā q̄n videret cauſā ī piculo: coge
ret clienticulū miē pactū ⁊ dare ſa
lariū ad libitū. Itē nūq̄ licz aduoca
to paciſci de certa parte litis. puta
de decima ł centeſima. C. de poſtu.
ſi quis aduocatoꝝ. Q3 ſi nullū pa
ctū certū fuit de ſalario: poteſt ad
uocatus īplorare auxiliū iudicis
ꝓ cōpetenti ſalario. ff. de vari. et
extraor. cog. l. i. ſ. in onerarijs. A.
Aduertendū ꝙ aduocato circa ſa
lariū non licet excedere conſtitu
tā ſūmā. ſ. centū aureos ſm leges.
ff. de va. ⁊ extraor. cog. l. i. ſ. ſi cui.
Sed ſm Gregoriū decimū libras
xx. vt in ſum. con. ti. ij. ti. v. q. clxx
iij. vbi etiā ſupdcā oīa de ſalario.
ſm Ray. ⁊ ei⁹ glo. et Hoſti. ponū
tur. Sed illa conſtitucō Gregorij
hodie videtur ſublata p ꝓhemiū
ſexti. vbi tollūtur oēs ꝑores cōſti
tucōes poſtea nō ꝯfirmate. B.

Utrū aduocat⁹ teneat̄ ḡtis ꝑ
ſtare patrociniū ī cauſa
paupm. R. ſm Tho. ſcda ſcde. q.
lxxi. Hic idē ē dicendū qd de alijs o
pib⁹ miſericordie di. Nullus ei ſuf
ficit oibus īdigētib⁹ opē miſericor
die īpēdē. ⁊ io ſicut Aug⁹ dī. i. de
doct. xp̄ia. Cū oib⁹ ꝓdeſſe nō poſſis
hijs potiſſīe cōſulendū ē q̄ ꝓ loco
rū ł tpm ł q̄rūlibꝫ rerū optunitatib⁹
cōſtricti⁹ tibi q̄ſi q̄dā ſorte iūgun
tur. Dic āūt p loco rū optunitatib⁹
q̄ nō tenetur hō p mundū quere
re indigētes q̄bus ſubueniat: ſed

ſufficit ꝙ eis quū ſibi occurrerūt mi
ſericordie opus impēdat. Addit
autē ꝛ tpm quia nō tenetur hō fu
ture neceſſitati alteri⁹ ꝓuidere ſed
ſufficit ſi in pn̄ti neceſſitate ei ſbue
niat Subdit autem ł q̄uilibꝫ tenꝫ
ꝙ hō ſibi cōiunctis quacūqꝫ neceſ
ſitate maxime debꝫ curā impēdere
Quib⁹ tn̄ cōcurrentib⁹ reſtat vtrū
aliquis tantā neceſſitatē patiatur
ꝙ n̄ in ꝓmptu appareat q̄uo poſ
ſit aliter ei ſbueniri. et in tali caſu
tenetur ei op⁹ miſericordie ipendē
Si aūt appareat q̄uo ei aliter ſub
ueniri poſſit. vel ꝑ ſe ł ꝑ aliaꝫ ꝑſo
nam magis cōiunctā vel maiorēꝫ
facultatē habētēꝫ nō tenetur ex ne
ceſſitate indigēti ſubuenire. ita ꝙ
non faciēdo peccet. ꝗuis ſi ſubue
nerit in tali neceſſitate laudabilit̄
faciat. Vn̄ aduocat⁹ non tenetur
ſēp cāe pauꝑm ꝑtociniū ꝑſtare
ſed ſolū ↄcurrentib⁹ cōdicōib⁹ ꝑ
dcīs. A. Itē in ſū. cō. li. ij. ti. v. q. cl
xxiiij. Et itellige ꝑdicta cū hoc qđ
licꝫ poſſit paupi ꝑ aliū ſubueniri.
tn̄ ſi ei nō ſubuenitur: nullus ſub
uenire potēs excuſaret̄. lxxxvi. diſ.
paſce. Iō nullaten⁹ dꝫ aduocatus
qui pt̄ ꝑmittē iuſticiā pauꝑm de
perire ſm̄ Ray. qui dicit ꝙ aduoca
t⁹ ꝓ miſerabilib⁹ ꝑſonis q̄ propt̄
defectū aduocati quē n̄ pn̄t ↄducē
amittunt cās ꝛ grauant̄ iniuſte: te
net̄ aduocare ꝛ de ſi. ꝛ ſcīa elemoſi
nā dare. xi. q. iij. paup. Con. vl. et
Hoſti. vt i dicta. q. clxxiiij. B.
¶ In quib⁹ caſib⁹ ꝛ de q̄b⁹ aduo
cat⁹ teneat̄ ad reſtitutionē. ſcͥ ſm̄
Ray. primo ꝙ omnium q̄ illi cōī
q̄s aduocabat propt̄ ipſi⁹ patro
ciniū iniuſte amiſerūt ſeu dāmifica
ti fuerūt Vn̄ ſi ꝑ cauillacōeꝫ ſuā ab
ſtulit aduerſario bonā cāꝫ ł etiaꝫ
ſi ipſū grauauit petendo dilationē
ſupfluā ł allegādo falſū et ↄtra cō
ſciāꝫ. ł faciēdo cauilloſā poſitionē.
ł iſtruendo falſiꝫ teſtē. aut iſtruē
do clienctulū denegando veritatēꝫ ꝛ
ſimilib⁹: tenet̄ aduerſario ad inter
eſſe. Itē tenet̄ illis q̄b⁹ ꝑſtitit auxi
liū ſi ꝓpter ſuā iſidelitatē ł negli
gētiā ł iprudētiā amiſerūt Et h⁹ q̄n
iactabat ſe ſciētē ꝛ n̄ erāt vt dicit
Wil. A. Idē i. ſū. ↄ. eo. ti. q. clxxv.
Vbi etē dī ſm̄ Ray. ꝙ ſilr̄ tenet ſi
extorſit ſalariū vn̄ n̄ debuit extor
q̄re. ł ſi vltra q̄ᷓ debuit hrē extor
ſit. B.

**Affinitas ſ. Ray**
ē ꝓximitas ꝑſonaꝝ ex car
nali copula ꝓueniēſ oī carens pa
rentela. De hoc plene dicet̄ ī. inter
ipedimenta matrimonij ipedimētū
xiiij.

**Alchimia. De**
auro ꝛ argēto alchimico
vtrū poſſit vendi vł emi. vide infr̄
empcō. ſ. v.

**Alea. de oī ludo**
alee vide ī. lud⁹ alee ꝑ totū

**Alienacō rei ecce i**
mobilis nō valet niſi i cer
caſib⁹ ꝛ debita forma ſuata. pri⁹ q̄
dē ꝓpt̄ debitū vrgēs. x. q. ij. Et h⁹
tius. A. Quādo aliūde ſolui nō pt̄

ɔtibi.B. Itē ꝓpter redemptionem
captiuoꝝ. Itē propꝫ paupes paſ
cēdos tpe famiſ. xij. q. ij. aurū. c.
gloria. Itē propꝫ eccleſiā edificā
dā aut ꝓpter cimiteriū āpliandū
Itē vt ematur aliquid magis vti
le. Hec pñt haberi. xij. q. ij. ſine ex
ceptione.

**Forma** alienādi variatur ſcḋm varietatem ec
cleſiaꝝ. ſ. epalium. monaſteriorū
ꝛ prochialiuꝫ. Colliguntur tamē
omīſ forme ī dicto. c. hoc iuſ ꝛ. c. ſi
quis eps. ꝛ. xij. q. ij. placuit. A. Ad
de ꝛ ī c. alienationes. ꝛ. c. abbati
b9. ꝛ. c. ſine exceptione. B. Seba
ſtiā. ſpecificat dicens ſic. Eps res
ad menſā ſuā ptinentes ꝉ res ca
thedralis eccleſie nō poteſt aliena
re ſine ɔſenſu capituli. et ſi res ſit
modica. ꝛ neceſſitas magna: non
eſt neceſſarius ɔſēſus capituli xij.
q. ij. regulaſ. Nec abbas res mona
ſterij ſine conſenſu epi ꝛ cōuētus
ſui. Nec pſbiter prochial ſine cō
ſenſu epi ſui ſcḋm qḋ dicūt capitula
ſupius allegata. Hoc de reb9 imo
bilibus. Sec9 de mobilib9 ī quīum
alienacōe hmōi ſolemnitas nō re
quiritur. A. Idē ī ſuꝫ. con. li. v. ti.
xiiij. q. xvij. B. Ita tñ ꝙ null9 pre
latus religioſus pōt cōcedere reddi
tus ſeu ɔcedere alicui ad vitā ꝉ ad
certū temp9. niſi neceſſitas ꝉ vtili
tas loci expoſcat ꝛ de ɔſenſu cōuē
tus. vꝉ ſi ɔuentū non hēat de ɔſē
ſu prelati ſui. vt in cle. monaſteri
orū. de re. eccleſ. nō alie. A. Ibi tñ
declarādo ſbḋitur Verū pmiſſa ad
locacōes ꝉ etiā redditiuū aut fruc
tuuꝫ vendicōes ad temp9 modicū
faciendas declaram9 ñ extendi. B

**Alienationes** reruꝫ eccleſi
arū facte a ſciſmaticis ꝉ iţruſis nō
valēt. ex. de. ſciſma. c. v. xij. q. ij. ali
enacōes: ꝛ tenētur reſtituē loca et
res et fruct9 pceptos ꝛ q̄ pcipi po
tuiſſent. ſ. a iuſto poſſeſſore. vt in
c. q̄uis ſ. allegato. B. ſic ꝛ quilibet
raptor. ex. de reſti. ſpo. q̄uis Et qui
imitiur talib9 alienacōib9 excōica
tus eſt. vt ſ. excōicatio. i. ſ. ij. i. ſi.

**Si** poſſeſſio data fuit eccleſi e ea ɔditione ne alienet.
an aliq̄ caſu alienari poſſit. vide ſ.
ɔditio. ſ. iij. Alienare quidā ſua ñ
pñt. infra. lud9 alee. ſ. v.

**Altare non dꝫ** eſſe ligneuꝫ vꝉ terreū ſꝫ la
pideū. ḋ. ɔſe. diſ. i. altaia. Idē Tho.
i. iiij. diſ. xiij. Qꝫ ſi ad celebrādum
miſſaꝫ nō hēatur altare ɔſecratū
ſaltē hēatur puula tabula lapide
a ɔſecrata q̄ dr̄ altare viaticū in q̄
ɔceditur epis ꝛ eorū ſupioib9 iti
nere celebrare ꝛ celebrari facere v
bicūqꝫ. ex. de pui. q̄m. li. vi. Idē ɔce
ditur pdicatorib9 ꝛ minorib9. ſiñe
tñ preiudicio prochialis eccleſie.
ex. de pui. i. i. his. de ɔſecracōe al
taris: hētur ſ. ɔſecratio. iij.

**Licitū** eſt pſbiteriſ iſtruere altaia in eccleſia nō
ɔſecrata: ſꝫ iɔſecrata ñ liꝫ niſi de li
cētia epi ar. diſ. lxiiij. q̄uiſ ꝛ ḋ ɔſe.
di. i. nllꝰ pſbr. Eodē mō ſine ɔſēſu
epi ñ ſūt altaia deſtruēda ar. ḋ. cō
ſe. diſ. i. c. eccē. ꝛ. c. placuit. A. Ibi ſu

cō·li·iij·ti·xxiiij·q̄·cxlviij· In p̄bi
ctis iuribꝰ nō videt̄ ꝓbari q̄ p̄ſbit̄
poſſit erigere altaria i eccleſia nō
ꝯſecrata·niſi a cōtrario ſenſu illiꝰ
ca·nullꝰ preſbiter· Et tenet glo·in
dicto c·q̄uis·B· Qui altari ſeruit
de altari viuere debꝫ·xij· queſti·
ı·ex hijs·

Ambitio quid
ē·ꝛc· Rē·ſꝫ tho·ſcda ſcde q·
cxxxi· Ambicō ē īordinatꝰ appe
titꝰ honoris· Qui p̄t eē īordinatꝰ
tripliciter· Primomō p hoc q̄ a
liq̄s appetat teſtimonium de excel
lencia quā nō hꝫ·qd eſt appetere
honorem ſup̄ ſuam proportionē· Se
cūdomō p hoc q̄ honorē ſibi cupit
nō referendo i deū Terciomō p hoc
q̄ appetitus eiꝰ i honore ipſo q̄eſcit n̄
referens honorem ad vtilitatē alioꝝ
Propt̄ qd ābicō ſemp ē pccm· A·
Idem i·ſū·con·li·iij·ti·xxxiiij·q·
cclxvi· B·

Angaria ꝛ per
āgaria· Hec duo ſūt q̄daꝫ
ſeruitutes īpēſe p extorſionē ſupi
oris· Et ē āgaria fuitꝰ pſonarum·
Perāgaria vero fuitꝰ pſonaꝝ et
rerū vīꝫ quā facit q̄s ꝓp̄o ſumptu
vt dicit Ray· A· Albricꝰ dicit q̄ ā
garia ē fuitꝰ pſonaꝝ ꝛ rerū cū q̄s
facit ꝓprio ſūptu ſēm Ray·goff·ꝛ
Hoſti· Itē glo·i·c·nō minꝰ·de imu
ecc·dicit·q̄ āgale dicit̄ pſonali
a obſeq̄a ꝓprijs ſūptibꝰ p̄ſtita·
Perāgaria vbi pſona fuit ſump

tibꝰ alienis· Sed de hoc nō ē mul
tum curādū· B·

Appellatio · v
trū liceat p appellacōēꝫ iu
diciū declinare· vide ſup̄·accuſatus·
·X·iiij· Poſt appellacōēꝫ ſētencia ex
cōicacōis lata nō valꝫ· Et ſi appel
lans nō ꝓſequat̄: nō ꝓpt̄ hoc ſen
tēcia ꝯualeſcit· Tn̄ excōicatꝰ noīa
ti ſiꝫ·tēpꝰ ſtatutū appellacōēꝫ n̄ ꝓ
ſeq̄t̄ vt dēt: lapſo tpe dēt denūciari·
ex·de ſē·exco·licꝫ·ti·vi· A· Ibi dī
Excōicatꝰ noīari l' ſpealit̄ ꝛ expſſe
qui pꝰ appellationē legitti̅aꝫ excōi
catiōis ſētēciā aſſeit i ſe latā ſi ap
pellationē eādē īī·tēpꝰ ad ipſā ꝓſe
quēdā ab hoīe l' a iure ſtatutū nō
fuerit vt debuit pſecutꝰ· lapſo eo
dē tpe excōicatꝰ publice denunciari
debebit· B·

Apoſtaſia prio
in generali quid ē·ꝛc· Re
ſpondeo ſēm Ray·Goff·ꝛ Hoſti·
Eſt temerarius a ſtatu fidei·obedi
encie vel religionis receſſus· Et di
cit̄ quaſi apoſtatio·ideſt retrogrē
da ſtatio· A· Idem in ſuꝫ·con·li·
ꝛ·ti·vij·q·ı· B· Triplex eſt apoſta
ſia ſcilicet perfidie·qua videlicet re
cedit quis a fide·vt Iulianus apo
ſtata· De hac habetur·ij·q·vij·
non poteſt· Item inobediencie q̄
ſcilicet quis tranſgreditur ſponta
nea voluntate preceptuꝫ·vt Adā
et Eua·Gen·iij· Similiter et qui ſa
cris canonibus obedire contēnit

de hac. iij. q. iiij. alieni. extrã de ma-
ȩ obe. ſi qs. Jdẽ irregularitatis. Et
hec eſt duplex. Vna q̃ q̃s recedit
a ſtatu clericat⁹. Altera qua q̃s re
cedit a ſtatu aſſumpte religionis
xlvij. diſ. q̃ cũlibet. xvi. q. i. legi. A.
Jdẽ i ſũ. cõ. eo. ti. q. ij. B.

Apoſtaſia ſecũ
do. ſ. a fide. Sciendũ q̃ cũ
apoſtata a fide ſit hereticus ȩ i fide
lis. ipſo iure excõicatus ẽ. extra de
hereticis. ad abolendã. Jtẽ res tali
um confiſcantur ȩ ipſi amittũt fa
ctionẽ teſtamenti. nec etiaz pacta
penitẽcia: in ſtatum priſtinuz re
deũt. C. eo. l. ij. ⁊ iij. A. Melius hoc
ꝓbatur eo. ti. gazaros. q̃ ẽ cõſtitu
tio Frederici. Et hodie fit iſta cõfiſ
catõ ipõ iure. extra de heret. cũ ſm
li. vi. B. Et debet recipi ſicut hereti
ci. de quib⁹ infra. hereticus. i. ʃ. xiiij
qui incipit. Qualiẽ heretici ⁊c. Jtẽ
ſunt iſames ȩ repelluntur a digni
tatib⁹ ȩ alijs multis. extra de iurẽ
iurẽ. querelã. vi. q. i. iſames. d. cõſe.
di. iij. celebritatez. A. Al's incipit.
die dñica Et idẽ dĩ in ſuz. cõ. eo. ti.
q. iij. ȩ. q. iiij. ſm Ray. B

Quid de hijs q̃ licet interi⁹
ſunt fideles tñ ꝓpter
timorẽ faciunt exteri⁹ aliquẽ actũ
infidelitatis: puta reuerenciã ydo
lis: Re ſm Ray. Tales licet non
ſint apoſtate nec heretici mortaliẽ
peccant quãtuſcũq; fuerit met⁹ q̃
ſm Aug. Sãcti⁹ ẽ mori fame q̃ veſ
ci ydolatitio xxxij. q. iiij. ſic ſãcti⁹
Con. tho. ſcda ſcde. q. xxiiij. A. idẽ
i ſuz. cõ. eo. ti. q. v. B.

Vtrũ liz xpiano i ãq̃ ca
ſu ſumere hitũ infi
deliuz. Re ſm Wil. Poſſet hoc fieri
ex rationabili cauſa Sicut ȩ btũs
Sebaſtia⁹ ſub clamide militari cri
ſti miliciã gerebat abſconditam.
hoc intelligendũ eſt ſm eũdẽ Wil.
niſi eſſet iſtitutũ aliqd determinatũ
ſignũ ad cognoſcẽdũ ꝓfeſſores ali
cui⁹ ydolatrie: tunc enĩ non liceret
A. Jdẽ i ſuz. cõ. eo. ti. q. vi. B

Apoſtaſia ter
cio. ſ. i obediencie. Apoſta
ſia i obediencie eſt qñ quis obediẽ
cõtemnit p̃cepto dei ſiue canonuz
ſiue p̃latorũ ȩ talis infamis effici
tur. ȩ repellitur a teſtimonio ȩ debz
excõicari. iij. q. iiij. ſi q̃s a ſuo. xi. q.
iij. ſi ãt nobis: ȩ ſi pſtiterit in cõtu
macia debet creſcere ȩ pena. extra.
vt lite non conteſ. quoniam fre
quenter. A. Jdem in ſum. con. eo.
ti. q. iij. ſm. Ray. B. Si autem redi
erit ſi non fuerit excõicatus recipi
tur ad penitenciam. ſi fuerit excõi
catus: recipitur cum ſatiſfactione
quam excõicati tenentur facere in
iuriam paſſis: vt dicitur ſupra.
abſolutio iiij. ʃ. iij A. Jdem in ſum.
c. eo. ti. q. iiij. B.

Apoſtaſia q̃r
to. ſ. ab ordine clericatus.
Taliẽ apoſtata fit multipliciẽ Pri
mo ſcilicet dimittendo tonſuram
coronam vel habitum clericalem
xx. q. iij. c. v. ȩ. iij. ȩ extra. eo. c. i.
ȩ. iij. Jtem accipiẽdo vxorez. ex.

de cle. ꝯiu. ex pte. Itē ꝯūertēdo
ſe ad negocia ſecularia. extr̄ de vi.
⁊ ho. de. ex litteris ⁊ de ſen. exco. in
audiencia. ⁊ c. ꝑpendim⁹. ⁊ tal' ſi
eſt in ſacris: interim ab accuſacōe
⁊ teſtimonio tamq̄ infamis repel
litur. ii. q. vij. aliem. iij. q. iiij. bea
tus. Itē iterum ad dignitatē l' ordi
nē ꝓmoueri nō pōt. xvi. q. ⁊ legi.
l. di. c. vlt. Itē ſi admonit⁹ ſe non
correxerit: ē deponend⁹ xxi. q. iiij.
ſine. ⁊. c. precipim⁹ Itē iterum. ca
ret ꝑuilegio clericali ita q̄ v̄berās
eū nō icidit in canonē. Hoc tamē
intelligas ſi poſt trinā admonicō
nē epi nō ſe correxerit. vel ſeditio
nib⁹ l' enormitatib⁹ ſe inuiſceat. ex.
eo. c. ⁊ ⁊ de ſen. exco. cū ñ ab hoie
A. de trina monicōe non dr̄ i hijs
capl'is. ſꝫ de ſen. exco. i audiencia.
Et predicta etiā notantur i ſū. cō.
eo. ti. q. ij. ⁊. iiij. B.

Qui prima tm̄ tonſurā ac
cepit. vtrū poſſit eam
deſerere. R. Licet p antiqua aliq̄ iura
videatur ꝓhibitū: hodie deſerere
pōt taꝫ de ꝯſuetudie q̄ de iure extr̄
de. coha. cle. ⁊ mu. c. vlt. A. ibi de
ho in dr̄: ſꝫ vult allegaē. c. vnū de
cle. ꝯiu. li. vj. Et ꝑ dc̄is con. albcꝰ
Sed de hoc olim fuerūt opioēs. vt i
ſuꝫ. cō. li. ⁊ ti. vij. q. vij. dimitten
do tm̄ tonſurā: oꝫ eū eccleſiaſticum
relinq̄re bn̄ficiū. extr̄ de coha. cle.
⁊ mu. c. Johānes l' clericale deſer
re tonſurā vt ibi. B.

Clericus in minoribus p
dit ꝑuilegiū cleri
cale ſi tranſiuit ad actū prorſus co
dini ꝯtrariū: puta fact⁹ ē bigam⁹
l' miles: aut exercuit ſeua: puta re
cepit miniſteriū occidendi. muti
landi: aut aduocādi i cauſis c̄mia
lib⁹. diſ. lxxxiiij. quiſquis. A. In
no. i. c. ⁊ extra de apoſta: dicit q̄ li
cet clericus fecerit ſe militē. dūmō ñ
exerceat ſeua: pōt viuē clericaliter
⁊ priuilegijs clericalib⁹ gaudere.
cū hic act⁹ nō ſit penit⁹ ꝯtrari⁹ or
dini: ſicut ducere virginē xxxij. diſ.
ſeriati. Et ex dicto Inno. patet q̄
nō ſufficit accipe officiū ſeua exer
cendi: niſi illud executioi mandet
Nec etiā ſeua exercē p ſe priuat ꝑ
uilegio clericali. niſi hoc fiat ex of
ficio: puta iudicis l' executoris vl'
ſilis ſm glo. Ray. vt i ſuꝫ. cō. dcā
q. vij. ad ſi. Et rō pōt eſſe: q̄ licet
cleric⁹ delinquat ſeua exercendo.
tamen ex hoc regulariter non ſub
icitur curie ſeculari. extra. de cle.
coniu. ca. vnico. li. vi. B Item per
dit ſi nullo modo vult viuere cleri
caliter: quod per tria poteſt patē.
Primomō ſi ſic cōtrahit: ſic cōue
nit et conuenitur ſicut laycus: va
dit i exercitū talliatur ⁊ ſuſtinet
alia onera laycalia Secundo ſi ter
cio admonitus nolit ad clericatū
redire Tercio ſi conuentus coraꝫ
eccleſiaſtico iudice excipit de foro
ſeculari vel aliter i iure confitetur
q̄ non vult clericaliter viuere Si
vero contraxit cum vnica ⁊ virgi
ne: non omnino perdit priuilegi
um Vide infra clericus ij. ſ. iij. ⁊ ſe.
A. Ad predicta facit quod notat
Inno. in dicto capitulo ⁊ extra eo.
R8 et ponitur i ſuꝫ. con. dcā q. vij.
⁊ q. viij. ponuntur omia ꝑdcā. B

**Cum** clerico qui exiſtẽs in
ſacris de facto duxit
vxorez. ſi ad clericatū redeat poteſt
ep̄s diſpenſare. extra. q̄. de. ṫ. vo. c.
ꝯ. a. ij. A. Jſta diſpenſacio ẽ vt vta
tur ordie pri⁹ rite ſuſcepto ⁊ etiam
aſcendat ad ſupiores. vt patet in
dictis capl'is. Et nõ fit niſi cū bene
ↄtrito. dicto. c. v. Cū eo vero de cui⁹
penitencia dubitat̃. ep̄s nõ p̄ot diſ
penſare niſi vt vtat̃ minorib⁹ ordi
nib⁹. Non aūt maiorib⁹: niſi trã
ſierit ad religionez. dicto. c. ij. ⁊ ibi
glo. B.

**Apoſtaſia** q̄n
to. ſ. a religione ⁊ hmōi. A
poſtaſia fit p temeratiā habitus
dimiſſionẽ cū aſſumpcōe ſecularis
vite. Nõ tn̄ debet iudicari apoſtata
ſiue fugitiuus etiā ſi diu aut ad lõ
ginq̄ vagetur: niſi poſtq̄ ſic viuit
q̄ animū redeundi ſe depoſuiſſe oñ
dit. ff. d re. mi. deſertorẽ. Jtem aſor
Tn̄ p ſolã temeratiã dimiſſionez
habit⁹: excōicat⁹ ẽ. extra ne. cle.
vel. mo. vt piculoſa. li. vi. Q3 ſi re
dierit. recipietur in monaſterium
ſm q̄ in regula cōtinet̃. Hoc dico
ſi monaſteriū regulariť viuat: ali
ter ĩdiſtricti⁹ monaſteriū cū3 vſu
fructu rerū q̄s obtulerat p̄oti mo
naſterio q̄ res poſtea ad primuz
monaſteriū redibūt. xxvij. q. v. ſi q̄
monachaz ⁊. c. ſi q̄s rapuerit. xvi.
q. vi. de lapſis. xviij. q. v. c. v. Alij
dicūt q̄ res ſimpliciť erũt ſecūdi
monaſterij. A. Primã tenet Ray
⁊ Hoſti. i ſu3. cō. li. ⁊ ti. vij. q. iiij. v
bi etiā p̄dcā ponũtur de recepcōne
redeuntis. Et p̄ma opio ſatis videt̃
pbari in dicto c. de lapſis. B. Q3 ſi
nullū monaſteriū vult eū recipe.
dic vt infra religio. i. ſ. ix. A. ſ. q̄ ĩci
pit. Quid ↄſulendu3. Et videtur ſ.
ſepti⁹ ſm ei⁹ ↄputacōe3. B.

**Cuius** ſunt bona q̄ mona
ch⁹ apoſtata acq̄ſi
uit. ꝶ. Si abbas noluit eū recpe. ṫ
neglexeit eū reuocare ⁊ ſic deceſſit
denegabitur monaſteio bonoru3
repeticō ex q̄ malicioſe denegauit
alimenta. ex̄. de iſtā. ⁊ lau. c. v. lxxx
vij. diſ. c. vlt. Et ptinebunt bona il
la ad ſecūdū monaſteriū ſi igredi
atur: aliť ad epiſcopū. Et hoc ĩtel
ligẽdu3 ſi ↄnet⁹ tot⁹ delic̄t in hoc.
Aliť delictū pſone n̄ debet redū da
re ad dãnu3 ecce. xvi. q. vi. ſi ep̄s.
Si vero nõ renuit eū recipe: tūc q̄d
quid acquiſiuit: ſuo monſterio ac
quiſiuit. ſicut ſeruus domino ſuo
xviij. q. ij. abbates. ff. de acq̄. re. do
etiā. Et eundem caſu3 vide iſra. reli
gio. i. ſ. viij. A. ſ. qui incipit. Quid
de hijs. Et idẽ ponitur in ſu. cō. li. v.
ti. vij. q. xv. ⁊. xvi. B.

**Monachus** fugitiu⁹
ſi nõ vult
redire. vel habitum reaſſuēre: deb3
capi ⁊ ſub ḡui cuſtodia carcerari
extra de apoſta. a nobis. A. Jde3 i
ſum. con. eo. ti. q. xvij. ſecundum
Goff. et. Hoſti. B.

**Aqua benedcã**
Vtrum ſit ſacramentum
Reſpondeo ſecundu3 Tho. in iiij.
diſtinc. ij. Non: ſed eſt ſacramen

tale quasi quedā diſpoſitio ad ſacrā mentū. Nō enī ordinat̄ directe ad remediū preſtādū: ſed ad remouēdū phātes. Vn̄ dat̄ ɔtra demonū neq̄cias ⁊ venialia ⁊ cōtra omne q̄d īpedire p̄t etiā effectū ſacr̄mēto rū. Et vt dicit. Pe. ⁊ al. Remiſſio venialiū q̄ fit p aſperſionē aq̄ bn̄dicte: nō fit p modū ſacramenti: ſed p modū meriti Vn̄ vt dictū ē nō eſt ſacramentū. A. Idē i ſū. ɔ. li. iiij. ti. xxiiij. q. ij. B.

# Quid
cū aq̄ bn̄dicta apponit̄ nō bn̄dicte. Rēſm Tho. i iiij. diſ. xij. Totū ē bn̄dictū Virt⁹ em̄ q̄ acq̄ſita ē aq̄ ex benedictōe: puenit ad aquā additā. Idē dicit Pe. ſicut et ɔtingit de oleo ɔſecrato ī oleū. ſ. iij. A. Idē i ſū. con. eo. ti. q. iij. Intellige ſi aq̄ bn̄dicta ſit maioris quātitatis. q: du ob⁹ ɔcurrentib⁹ preualet q̄d maius eſt. ff. de ſtatu. ho. l. queritur. Sec⁹ eſſet quātitatis minoris vel eq̄lis ſicut et de ſacramēto eukariſtie dicitur. dū appōit̄ vinū nō ɔſecratū ɔſecrato ī eukariſtia ij. ad ſi. B

# Arbiter. Cum
ab vno de plurib⁹ arbitris l̄r iudicib⁹ alijs pn̄tib⁹ ⁊ mādantib⁹ ſcripta ſn̄ia recitat̄ pinde eſt ac ſi ab oīb⁹ eſſet recitata. optī autē vt qui recitat: nō vtat̄ verbis ſingularis numeri: ſed plual̄ dicēdo Nos tales arbitri vel iudices pronunciam⁹ ⁊c̄. niſi in arbitris ſup electione que debet fieri ab vno vice omniū. extra de ſen. ⁊ re. iu. cū ab vno li. vi. de hoc īfra. electō ſ. v.

# Archidiacon⁹.
Qd eſt eius officiū. Rēſm Ray. Circa officia archidiacōi. p̄poſiti vel decani. fere quot ſunt eccleſie: tot ſunt ɔſuetudines. extra de ɔſue. cū olim. i. ſi. ⁊ de exceſſ. p̄la. ad hec. Si tu vis ſcire quid iura dicūt de talib⁹ vide. xxi. diſ. decros. ⁊ xxv. diſ. plectis: et extra de officio archi. p totum. A. Preci puc. c. v ⁊ ij. Et idē ponitur ī ſū. ɔ. li. iij. ti. xxvij. q. viij. B

# Archiepiſcopus
A quibus ⁊ vbi debet cōſecrari archiepiſcopus. vide īfra conſecratio primo. ſ. penultimo ⁊ vltimo.

# Archiepiſcopus
poteſt cōpellere ſubditū ſui ſuffraganei ad ſuſcipiendas ɔmiſſiōes ei⁹ in cauſis niſi vbi ſit ɔſuetudo. extra de foro ɔpe. romana. li. vi. ⁊ extra de offi. or. paſtoral̄. Sup quo. c. dicit Hoſti. q: cū archiepiſcopo ſubſit eps q: pingui⁹ ius habz in eū q̄ in ſubditū. poteſt archieps epm cogere vt ɔpellat ſubditū ad ſuſcipiendum. Et ſi eps in certū temp⁹ ſibi aſſignatū hoc facere neglexerit neq̄ aliquid iuſtū pretenderit: demum poteſt cogere vtrumq̄ ⁊c. extra de offi. or. q̄to. i ſi. ⁊ c. irrefr̄gabili. ſ. exceſſ⁹ Con. ter. etiam ſi ab epiſcopo appellatū fuerit. A. Hoc dicit. her

in dicto c. paſtoral. Etiā ponitur i ſū. cõ. li. iij. ti. xxvij. q. iiij. Sed con p̄dcā facit. ꝙ cū q̄d ꝓhibet alicui vna via ad id alia non admitti debet. vt i. c. cum q̄d. de. reg. iu. li. vi. Nec allegata iura ĩ lr̄ tū faciūt. nā loquunt̄ in correctione delictoꝝ ꝛ nō i cõmiſſione cauſaꝝ. Ideo i nō exceptis ſtam⁹ regule. videlicȝ ꝙ archieps̄ nullā habet poteſtatē in ſb̄ditū ſuffraganei ſui niſi in expreſſis dicto ca. paſtoralis. Ideo hoc caſu ꝯſulerē archiepō ꝙ non cogeret. ſꝫ ſubdito ꝙ obediret. B. Sed hic ſciēdū ꝙ iurē nouo archieps̄ cauſas q̄ p appellationē l' alio iure metropolico deferunt̄ ad ipſum: nō pōt audire ſeu ꝯmittē alibi q̄ꝫ i ſua ciuitate vel dyoceſi. aut in eis i q̄b⁹ appellatū exiſtit. l' cāe ipſe ꝯſiſtāt. niſi aliud ſibi ꝯpetat de cõſuetudie. extr̄. de. offi. or. vt litigātes. li. vi.

# Archiepiſcopus

nō hȝ iuriſdcōez in ſb̄ditos ſuffraganei ſui niſi i q̄buſdā caſib⁹ qui notant̄ ex̄. de. offi. or. paſtoral. A. ſ. i glo. B. p̄mo q̄ de eū denūciat in diuinis officijs a ꝯſuetudine metropolitane eccē. xij. diſ. de hijs. Item qū ſb̄dit⁹ epi delinq̄t i dioceſi archiepi. vi. q. iij. placuit. In hoc eī caſu efficit̄ aliq̄s de iuriſdcōe alteri⁹ caiuſlibȝ. Itē ſi hȝ p̄diū i dioceſi ſua extr̄. de foro ꝯpe. c. vlt. Et iſte etiā caſus ptinȝ ad quecūq; aliū. Itē ſi cā defert̄ ad eū p appellacōez. extr̄. de. offi. le. c. ij. et de offi. or. duo. Itē cū abſolut⁹ ab archiepō nō vult parē epō. extra. de. offi. or. ad reprimēdā. A. ſ. ſatiſfaciendo epō ſup excōicacōe q̄ ab epō fuerat excōicatus. nec de excōicacōis ꝯſtat iniuſticia: ſed ab archiepō fuerat abſolut⁹. ꝙ eps̄ eū abſoluere nolebat. Ideo ſi epō ſatiſfacere contēnit: archiepūs eū in excōicacōez reducit vt ibi. B. Itē ſi criminalis cā ſit int̄ epm̄ et clericū ſuū debȝ deduci ad ſynoduȝ. i q̄ preeſt archieps̄. vi. q. ij. c. v. Itē ſi cleric⁹ hȝ ciuilē cauſā con̄ epuȝ ſuuȝ xi. q. i. ſi cleric⁹. Itē qū ē eps̄ negligēs i eo q̄d facere debȝ A. ſ. ad curā eccē ꝛ aiaꝝ. B. xi. q. iij. cū ſim⁹. extra de ſen. exco. p tuas ꝛ de appel. q̄ fronte. Itē qū defuncto epō eccā ydoneos clericos nō hēt xij. q. ij. nō liceat. A. tūc eñi archiepiſcop⁹ hēt curaȝ rerū eccē: vt ibi. B. Itē cū euidēs eſt ſētenciam epi eſſe iniuſtā. extra de appel. ſolicitudine. A. Hoc qū a ſb̄dito fuerit ad archiepiſcopū querelatū licet nō appellatuȝ. tunc eñiȝ ratione euidēcie pōt archiepiſcop⁹ declarare ſb̄dituȝ iniuſte ab epō excōicatuȝ vt ibi. ꝛ poterit illum abſoluere vel remittere abſoluendum ab epiſcopo qui ſi neglexerit: ipſe abſolutionē impendat. extra. de ſen. excōi. p tuas. B. Item cum viſitat prouinciā. extr̄. de. preſcrip. cū ex officij. et de cē. ſopite. ꝛ c. nup. Per ſolā vacacōez epāl' ſedis nō archieps̄ ſꝫ capl'ȝ ſupplȝ vices epi. ex̄ de ſupple. ne. pla. ſi eps̄ ꝛ c. eccē. li. vi. Similiter ſi epiſcop⁹ ſit excōicat⁹. ex̄. de ſupplē. ne. pla. romana li. vi. Aut

captꝰ a paganis. vt in dicto. c. ſi e
piſcopꝰ. A. De hijs caſibꝰ latiꝰ dici
tur i ſū. cō. li. iij. ti. xxvij. q. iiij. Sed
q̄ nō mľtuz occurrunt in foro pei
tencie ꝓlixiꝰ dicere nō curaui. B

Sed nūq̄d poteſt archie
piſcopꝰ eccleſie cathe
drali vacāti dare viſitatorē ſeu ad
miniſtratorē. R. Nō. niſi forte ca
pitulū i tēpalibꝰ ⁊ ſpiritualibꝰ ne
gligenť vel male admiſtraret. tūc
eniz vocato capitulo ⁊ cauſe ſuper
hoc cognitione p̄miſſa viſitatorē
ſeu adminiſtratorē pōt deputare
Qui q̄uis habeat legittimā ad mi
niſtrationē in tēpalibus ⁊ ſpūali
bꝰ. tū illa bn̄ficia q̄ ad ſolā colla
tionē epi ꝑtinent ꝯferre nō poteſt
ſi ab alio q̄ romano pōtifice fuerit
deputatꝰ. extra de ſupplen. ne. p̄la.
eccleſie: libro ſexto

Archiep̄s poteſt ſuaz ꝓ
uinciā viſita
re. licet nō ſint eiꝰ ſuffraganei neg
ligētes. ⁊ iterare viſitationē ⁊ pro
curacōes recipe nō obſtāte cōſue
dine ꝯtrīria. Et dū viſitat p̄t ꝯfeſſio
nes audire ſuffraganeoruz. abſol
uere ⁊ penitencias iniūgere. extr. de
cenſibꝰ. ꝑpetuo libro. vi. Sz vtruz
poſſit aliq̄d recipe. vide infra. viſi
tatio. ȷ. ij: ⁊ iij. Et ibi pluā de eiꝰ vi
ſitacōe. ȷ. v ⁊. iiij.

Archiepūs pōteſt cōci
lium cele
brare q̄ſito p̄imate diſ. xcij. ſi q̄s
ep̄s vacās i. ſi. ⁊ ix. q. iij. ⁊ c. ij. ⁊
iij. A Potiꝰ vi. c. v ⁊. ij. B.

Archiepiſcopus
tranſiens p quecūs loca ſue ꝓuincie
e: poteſt facere ante ſe cruce porta
ri: benedicere ppľo: in pōtificalibꝰ
celebraēa hmōi. A. In capitulo ȷ.
allegato nil aliud pluꝰ cōtinetur ni
ſi q̄ diuina officia priuatiz ľ pub
lice ibidē poteſt audire: ⁊ q̄ ea pōt
facere in ſua pūcia celebral ſine pō
tificalibꝰ i locis etiā exemptis. B
Sił ita ep̄s etiā in locis exemptis
ſue dioceſis. vt in de. archiepō. de
priuile. A. Hec tū debet ſine preiu
dicio ⁊ moleſtia ľ grauedie exēp
torum fieri: vt ibi. B

Arra ſiue ſub
arracō. Arre dicunť anu
li pecuie ſiue alie res date ſponſe.
quarū dacō ſubarracō vōtur. pre
cipue qū fit p anuli immiſſionez: q̄
vulgo deſponſatio dicit. Et ſi q̄dez
fiant hec iter ſpōſū ⁊ ſpōſaz: ñ dico
cōtrahunť ſpōſalia: ſed preſumit
ꝓ matrimonio niſi ꝓbeť cōtrariū ľ
eſſet cōtraria ꝯſuetudo vel repug
ret etas: vt notatur extra. de ſpon.
ſpu. tue. Si vero fiant a parentibꝰ
tunc ſola ſponſalia cōtrahuntur
vt ibi dicitur. A. in glo. vbi hec po
nuntur: et non dicit glo. contrhū
tur: ſed preſumuntur ſponſalia. Et
idez dicitur i ſū. cō. li. iiij. ti. v. q. ij. v
bi hec ſimiliť notantur. B. Et hoc i
tellige p moduz q̄ ſpōſalia a pn̄ti
bus contrahi pn̄t Vide ȷ. impedi
mentum xiiij. ȷ. ſi.

Arre ſponſalicie nō ſecuto
mrīmoio dn̄t reſtitui
hoc mō Si matrimoniū ñ fuerit ſecu
tū abſꝫ alteriꝰ culpa. ꝓpť ſupueniēte

mortem vel religionis ingreſſum
et hmõi: reſtitui debet arre ſimpli
citer. Si vero nõ fuerit ſecutum ꝓp
ter culpã dantis pdit arras Si ꝓp
ter culpã recipiẽtis: reſtituet eas
in duplũ. C. de ſpon. l. arras. ⁊. l. fi.
A. Hoc eſt verũ ſi accipiẽs eſt ma
ior. xxv. annis. vel ſi veniã etatis
impetrauit ⁊ eam in ↄpetenti iudi
cio ꝓbauerit. al's nõ tenet̃ niſi in
ſimplũ: vt in dcã. l. fi. Et dictũ du
plum cũ ſit pena: non detur in fo
ro pnĩe: niſi fuerit ad hoc facta cõ
demnatio. vt pt colligi ex notatis
p glo. xii. q. ii. fraternitas B. Et de
hoc vide infra ſponſalia. §. xii. q in
cipit. in quib9.

## ARrogatio. Vi

de ſupra. adoptio.

## ARs. De arte

notoria. vide infra ſortile
gium. ii. §. i. De artificibus facienti
bus ⁊ vendentibus gladios. bali
ſtas. venena. taxillos. aleas. ſerta
⁊ hmõi. vide infra. negociatio. §.
v. ⁊ ſe.

## ASſaſſiu9. Aſ

ſaſſini fuerunt ⁊ forte ad
huc ſunt quidã infideles qui ex q̃
buſdã falſis opinionib9: de facili
mittebant̃ ad occidẽdũ quemli
bet xpianum: non curantes ſi ob
hoc occidendi eſſent ipſi. Contra
quorũ peſtem ſtatuit inno. q̃rtus
ꝙ quicunq; princeps vel p̃latus
vel alia pſona aliquẽ xpianũ p
aſſaſſinos interfici fecerit: vel mã
dauerit: etiã ſi mors non fuerit ſb
ſecuta ⁊ qui aſſaſſinos receptaue
rint vel occultauerint: non ſolum
excõmunicationis ⁊ depoſitionis
incurrant ſententias ipſo facto:
ſed ſint etiam cũ omnibus ſuis bo
nis xpianis expoſiti: ⁊ ꝑpetuo diſ
fidati: ita ꝙ ex quo de predictis vel
aliqua predictorũ ꝓbabilius ↄſti
terit documentis: nulla alia excõi
cationis. depoſitiõis ſeu diffidatio
nis ſẽtentia requirat̃: ſed benefici
a taliũ p illos ad quos ꝑtinet col
latio libere ↄferantur. ex. de hoi. ꝓ
humani li. vi.

## ASțutia ſcdm

tho. ii. ii. q. lv. dicitur cũ
quis ad ↄſequendũ aliquem finẽ
bonũ vel malũ vtitur nõ veris viis
ſed ſimulatis ⁊ apparentib9 Non
enim oꝫ etiã ad finem bonũ falſis
viis ⁊ ſimulatis ꝑuenire: ſʒ veris.
Vñ aſtucia etiã ſi ordinetur ad bo
num eſt peccatũ. ii. Chori. iiii. Ab
dicam9 occulta dedecoris: non am
bulantes in aſtucia: neq; adulte
rantes verbũ dei. Aliquñ vero ꝓpter
ſimilitudinẽ accipit̃ in bonum. ꝓ
uer. i. Vt detur puulis aſtucia: ſʒ
ꝓprie accipitur in malo. ſic ⁊ pħs
dicit. vi. eth. A. Idẽ in ſum. con. li.
iii. ti. xxxiiii. q. ccxxxii. Aduertend
tñ ꝙ ſine mendacio ⁊ leſione iuſti
cie alteri9 licet vti vtili ſimulacõe.
exemplo multorũ ſanctorũ patrũ
⁊ ipſius xpi vt dicit iheró. xxii. q.
ii. vtilem. B. De dolo aũt ⁊ fraude
q̃ ſunt ꝓpinqua aſtucie vide infra
dolus. ⁊ infra. fraus.

Auaricia et cu
piditas vtrū ſit pctm̄. R̄e.
ſm̄ tho. ij. ij. q. cxviij. Sic. Nam bo
num hoīs circa exteriora oȝ q̄ cōſi
ſtat in quadā menſura. ſ. vt q̄rat
habere exteriores diuitias ꝓut ne
ceſſaria ſūt ad vitam eius ſm̄ ſuā
ↄditionem. Et ideo in exceſſu eius
mēſure ↄſiſtit pctm̄: dum. ſ. aliq̄s
ſupra debitū modū vult eas acq̄
rere vel retinere: qḋ ꝑtinet ad rati
onē auaricie. q̄ diffinit̄ eſſe immo
deratꝰ amor hn̄di. A. Idē in ſū. con.
li. iij. ti. xiij. q. v. B

Sed vtrū ſit mortale. R̄e. ſm̄
tho. vbi ſupra. Auari
cia pōt capi dupliciter. Vno mō
q̄ aliquis recipiat vel retineat in
iuſte r̄s alienas: qḋ ꝑtinet ad ra
pinā vel furtū: ⁊ ſic ex ſuo genere
eſt pctm̄ mortale. Contingit tn̄ in
hoc caſu q̄ ē veniale ꝓpter imperfe
ctionē actus. ſicut de furto dicitur
infra furtū. ſ. iiij. Alio modo p̄t ac
cipi auaricia ſm̄ q̄ importat inor
dinatū amorē diuitiaruȝ: qui ſi in
tm̄ creſcit q̄ preferat̄ caritati vt. ſ.
ꝓpter amorē diuitiaꝝ aliq̄s nō ve
reat̄ facere ↄtra amorē dei ⁊ ꝓximi
erit pctm̄ mortale. Si aūt inordia
tio amoris in hoc ↄſiſtat vt. ſ. hō q̄
uis ſupflue diuitias amet: non p̄
ferat eaꝝ amoreȝ amori diuino. ſ.
q̄ ꝓpter diuitias non velit aliquid
facere ↄtra deū ⁊ ꝓximū ſic eſt pec
catū veniale. A. Idē in ſum. con. eo.
ti. q. ij. p diuerſa verba. ſ. q̄ auari
cia aut opponit̄ iuſticie: ⁊ eſt pec
catū mortale. aut opponit̄ liberali

tati: ⁊ ſic eſt mor̄le vel veniale vt in
ij. membro. Sȝ de hoc plenꝰ dr̄ in
quadriga. B. Auarꝰ ſeu cupidus
ordinari nō dȝ. Vide infra. ordinā
dus. ſ. xi.

Baptiſmꝰ
p̄mo quo ad ſub
ſtantiā ⁊ formā.
Quid ē baptiſmꝰ
R̄e. Eſt ablutio fa
cta preſcripta forma verboꝝ vt po
nit mgr̄. iiij. ſen. diſ. iij. Vel quaſi
eodē mō ſm̄ aug̃. Baptiſmꝰ eſt tin
ctio in aqua v̄bo vite ſc̄ificata. De
cuius ſb̄a ſunt tria. ſ. materia ele
menti. forma verbi: ⁊ intentio mi
niſtri copulans formam materie
Vnde augꝰ. Accedit verbū ad ele
mentū ⁊ fit ſacramentū. v. q. v. detr̄
he. A. Idē in ſum. con. li. iij. ti. xxiiij
q. ix. B

Baptiſmi forma hec ē.
Ego te bapti
ſo in noīe p̄ris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti.
extra de bap. c. i. A. In ſum. cō. eo.
ti. q. x. addit̄ Amen. Dr̄ tn̄ ibi q̄ n̄
eſt de ſb̄a B

Sed qḋ ſi mutet̄ hec forma
R̄e. ſm̄ tho. in. iiij. d. iij
Nulli lȝ mutare q̄ntū ad id qḋ ē de
ce̅ntia forme. ⁊ ſi mutat̄: nihil agi
tur ⁊ preter hoc culpa incurrit̄. Si
v̄o aliq̄d qḋ ꝑtinȝ ad formā ex ſo
la det̄minacōe eccē mutat̄: nihilo
minꝰ ē ſacm̄: ſȝ culpa incurrit̄. ve
rū ab ap̄lis q̄ baptiſabāt in noīe
xp̄i nō fuit mutata for̄ q̄ntū ad in
tellcm̄: q̄ȝ in xp̄i noīe tō t̄nitas in
telligit̄: ſed ſolū q̄ntū ad vocē. Nec